



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

281. An Regulares possint dispensare in impedimento assinitatis ad
petendum debitum inter conjugatos, & hoc vertute privilegiorum præcipue
Pii V. Et an hoc sit revocatum per particularuem Bullam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regular. Res CCLXXX. &c. 187

Non obstat. Secundo; quod Episcopi ea facilitate carcant, cum constet Regulares in quibusdam casibus, privilegii aliquibus potiri, quibus Episcopi minime gaudent, vt in casu percussiois Clerici; & aliis. Ita Bruno.

3. Sed de hoc privilegio nimis debito, Et quis scit an fuerit concessum viue vocis oraculo? Et quidem si Pontifex concedit Commissario Cruciatæ privilegium dispensandi in primo, & secundo gradu affinitatis cum tantis limitationibus, & præcipue vt vnus ex conjugibus bona fide, & impedimentu ignarus contraxerit, difficile videtur concessisse tale privilegium cuiuscumque confessorio Regulari absolute, etiam si scierit, vel ignoranter contraxerit & si hoc admitteretur, ad nihilum deleriret Sacra Pœnitentiaria Romana, nam vnusquisque haberet præmanibus remedium, nempe adeundi pro dispensatione Confessarium Regularem & ad quam tamen obtinendam Sacra Pœnitentiaria tam maturè procedit; vt omnes scimus. Et Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. in suo Pontificatu ferè semper negauit talem dispensationem. Non est igitur admittendum Regulares habuisse, nec habere tale privilegium, & idò caueant ab opinione Patris Bruni.

RESOL. CCLXXX.

An Confessarij Regulares virtute suorum privilegiorum possint dispensare cum secularibus ad petendum debitum, si à suis Superioribus ad hoc minime deputati fuerint? Et notatur, quod Prouinciales concedentes alicui subdito licentiam vt possit dispensare cum impeditis ad petendum debitum ab incestu vel voto, non possunt dicitam licentiam reuocare absque iusta causa. Et an hæc licentia non expiret, quamuis Prouincialis, qui eam concesserit, moriatur? Et an hæc dispensatio ad petendum debitum possit fieri extra Sacramentum, & urgente necessitate in absentia per scriptum? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 14.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum ex Peregrino in compend. nostrorum privilegiorum pari. 1. tit. Dispensatio §. 8. vbi sic ait: Confessarij nostræ Congregationis, possunt in foro conscientie dispensare cum secularibus inter conjugatos, quorum alter eorum cum alterius consanguinea adulterium perpetravit, ad petendum debitum conjugale. Ita etiam docet Sayrus in clauis Regia lib. 6. cap. 11. n. 98. Vnde Ioannes Suarez in Enchiridio casuum conscientie lib. 5. ver. debitum conjugale, §. incestuosus coniux, sic asserit. Regulares dispensare possunt cum incestuoso ad petendum debitum, si sint deputati à Prouincialibus. Verum alij hanc limitationem non referunt, sed absolute docent concessum fuisse Confessariis Ordinum Minorum, & Prædicatorum, vt absque alia facultate possint in dicto casu dispensare. Ita ille, qui citat Peregrinum in compendio nostrorum privilegiorum.

2. Sed ego contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, vt patet clarissime ex verbis privilegiorum, que hanc facultatem tantum concedunt Confessariis deputatis ad hoc à Prouincialibus, & ideo docent hanc sententiam omnes, qui super privilegia Regularium diligentissime scripserunt, vt Rodriguez tom. 1. q. 63. art. 1. Portel in dubiis Regular. ver. Abbas, n. 5. & verb. Confessor erga seculares, n. 18. & 23. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. c. 6. dub. 9. concl. 1. & 2. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 43. n. 10. Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regular. ref. 104. n. 15. Rebelius pari. 2. lib. 3. quest. 18. num. 16 & Villalobos in summa. tom. 1. tract. 13. diff. 51. n. 5. & diff. 52. num. 10.

vbi sic asserit. Tuede dispensar para pedir el debito el Comissario de la Cruzada, conforme al tenor de su comission, y puede tambien dispensar el Obispo, como viene Soto y esta en uso: pueden lo mismo los confesores de nuestra Orden, y los que gozan de nuestros privilegios, como tengan comission, para ello de sus Prouinciales, y no espira esta comission, aunque muera el Prouincial, o acabe su officio. Ita ille.

3. Nec Peregrinus, Sayrus, & alij faciunt contra nos, nam fateor magis clare loqui debuisse: attamen, ipsi, vt patet, præbent Confessariis hanc facultatem iuxta privilegia Pij V. Iulij II. &c. Sed dicti Pontifices facultatem concedunt per dicta privilegia Confessariis à Prouincialibus ad hoc specialiter deputatis; ergo etiam secundum Peregrinum, & alios id absolute efficere minime possunt Regulares, nisi à Superioribus ad id fuerint designati. Igitur explicandus est Peregrinus, & alij secundum tenorem privilegiorum, quæ citant; aliter nec sunt audiendi, nec sequendi, vt perperam illos intellexit, & sequutus est Suarez vbi supra.

4. Notandum est tamen, quod post hæc scripta inueni, Molfesum in summ. tom. 1. tract. 4. c. 12. n. 42. quem sequitur Leone de offic. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 10. num. 125. docere Confessarios Societatis Iesv habere hanc facultatem ab A. R. P. Generali; & citat pro hac sententia Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 5. disp. 16. non. 1. qui tamen non loquitur in casu nostro, sed in dispensatione votorum, in quo casu etiam loquitur Privilegium nostræ Religionis, quod adducit Molfesius, qui confundit hos duos casus multum inter se diuersos, ratione diuersitatis privilegiorum Summorum Pontificum. Nam in Privilegio Pij V. concedentis dispensationem in incestu, habetur, quod hæc auctoritas concedatur à Prouinciali viris Religiosis, ac doctis, vnde non potest committi omnibus indiscriminatim, & absolute. Et ideo mihi constat, quod in Societate Iesv hæc facultas committitur à Prouinciali particularibus Confessariis, & non omnibus.

5. Notandum est tamen hic obiter cum Portel vbi supra in dubiis Regular. ver. Prælati potestas, n. 20. quod Prouinciales concedentes alicui subdito licentiam, vt possit dispensare cum impeditis ad petendum debitum, ab incestu, vel voto; non possunt datam licentiam reuocare absque iusta causa, faciunt enim iniuriam illi qui habebat. Ita Portel, qui citat etiam Rodriguez. Nota etiam, vt alibi diximus cum dicto Portel in addit. ad dubia Regular. ver. Confessor dispensans, n. 13. & 14. quod hæc dispensatio ad petendum debitum, potest fieri extra Sacramentum, & urgente necessitate in absentia per scriptum, quod est valde notandum.

RESOL. CCLXXXI.

An Regulares possint dispensare in impedimento affinitatis ad petendum debitum inter conjugatos, & hoc virtute privilegiorum præcipue Pij V. Et an hoc sit reuocatum per particularem Bullam Urbani VIII. anno 1631. Et an Regulares debeant esse Confessores deputati ad talem dispensationem faciendam per Superiorem Monasterii? Et an dicta dispensatio debeat fieri in Sacramento Confessionis, & non extra, & in domibus & Ecclesiis Religionis, & non extra? Ex p. 6. tr. 8. & Milc. 3. Refol. 32.

§. 1. Alibi affirmatiuam sententiam docui, & tenent Miranda in man. tom. 1. quest. 47. art. 1. Portel

Sup. hoc in Resol. §. vlt. cursum ad mediu, vers. & motuo.

Sup hac dictione contrariu lege supra ex Resol. §. vlt. post mediu, ver. & in nostra, & latius & melius in tom. 3. tr. 2. Ref. 76. §. eandem. & seq. & in alij Ref. eius not.

Alibi in Ref. seq. §. vlt. post mediu, à vers. secunda conditio, & in aliis eius not.

Alibi in Ref. præterita, & in aliis eius prima not.

Portel in *dubis Regul. verb. Confess. regul. erga saeculares*, n. 2; Rodriq. in *Questionib. Reg. tom. 1. q. 47. art. 1.* Sanch. de *Matr. tom. 2. lib. 8. disp. 16. num. 8.* Ioan. de la Cruz de *privil. l. 9. c. 6. dub. 9. concl. 1.* & alij. Et hoc virtute privilegiorum, & præcipue Pij V.

2. Sed advertat Lector hanc sententiam veram olim fuisse, nunc verò non esse admittendam, quia privilegia illa concessa regularibus ad dispensandum in nostro casu, fuerunt ex viæ vocis oraculo, anno 1631. per Bullam particularem ab Urbano VIII. reuocata. Verum nota quòd Pater Lezana in *sum. Q. Q. reg. ro. 3. verb. Affinitas, n. 4. & 5.* obseruat hodie non obstante dicta Bulla, posse Regulares dispensare in dicto casu ex quodam privilegio concesso Monachis Monasterij S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae concurrentibus tamen aliquibus conditionibus. Prima, hos Confessarios deputandos esse ad talem dispensationem faciendam per superiore Monasterij, ita vt non sufficiat generalis facultas audiendi Confessiones fidelium sed requiritur ista deputatio ad hoc munus specialiter: & mortuo Superiore vel amoto qui talem designationem fecit, cessat designatio ab illo facta, eo quòd illa est ad nutum concedentis reuocabilis. Secunda conditio est, vt dicta dispensatio efficiatur in Sacramento Confessionis, & non extra: efficiatur in domibus & Ecclesiis Religionis, & non extra: quæ quidem omnia non erant necessaria ex privilegio Pij V. & aliorum Pontificum. Vnde ex his Confessarij Regulares cautè procedant in dispensando super petitione debiti inter vxoratos; quia vt dictum est post Bullam Urbani VIII. non deseruiunt privilegia antiqua, & in casu contingenti videant Lezana *vbi supra*.

Supr. hoc in Ref. seq. Sec. quoad hoc lege supra laia doctrinam Refol. 250 & aliam eius primæ notæ.

Supr. hac deputatione lege præcedente Ref. & alios §§ eius primæ notæ. Et pro mortuo, vel amoto superiore contento in hoc textu ibidem in fine § 2. Et pro secunda conditione etiam contenta in hoc textu ibidem in fine dicte Ref. & supra in Ref. 263. §. vlt. & in R. 278. in fine & in aliis eorum notationum. & in to 4. tr. 3. R. 133. §. 2. ad medium.

R E S O L. CCLXXXII.

An Confessarij Regulares possint dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter se contraxerunt affinitatem ex incestu?

Et an vigore alterius privilegij Iulij II. possint hodie Confessarij Regulares dispensare in dicto casu absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore privilegij Pij V.

Et an coniugibus ignorantibus hoc impedimento non sit opus eos docere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus speratur fructus? Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. & Ref. 22. aliàs 20.

Sup. hoc supra in Ref. 280. & 281. & in aliis not. 1 Ref. 1. huius annot.

§. 1. DE hac questione in variis locis à nobis tractatum fuit: & tandem in *part. 6.* putauit Privilegium Pij V. fuisse per Bullam Urbani VIII. derogatum. Sed nouissime Leandrus de *Sacr. to. 2. tr. 9. disp. 24. q. 16.* & Martinus de San Ioseph, in *Mon. Conf. to. 1. lib. 1. tr. 5. 3. de Matr. n. 3.* acriter contendunt, dictum Privilegium Pij V. non fuisse ab Urbano VIII. derogatum, quorum sententiam satis probabilem existimo, difficultas est, an vigore alterius Privilegij, possint hodie Confessarij Regulares dispensare absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore Privilegij Pij V. Et affirmatiuam sententiam inuenio docere Leandrum, *vbi supra* q. 17. in fine, & Reuerendissimum Candidum Sacri Palatii Magistrum, *tom. 1. disp. quis. 27. art. unico, dub. 9.* & hoc ex privilegio Iulij II. concesso Congregationi S. Benedicti Vallisoleti: Sed in hoc casu necessaria est deputatio Superioris localis, vt contra me obseruat Martinus de San Ioseph, *vbi supra*, tr. 5. 3. num. 9. Sed in mei fauorem nouissime Bordonus in *Miscellan. dec. 474.* loquendo in terminis Privilegij Pij V. sic ait: Licet sit oraculum viæ vocis à Cardinali declaratum & confirmatum cum sua subscriptione, non idè videtur comprehensum sub reuocatione aliorum, iuxta ea, quæ dixi *Resol. 31. n. 3.* In

locis præcitatis dixi esse necessarium, quod Superior deputet ad id munus Confessarium, vt valeat vi hoc privilegio, sed postea obseruati, hanc deputationem non esse necessarium, quia eius loco successit notis temporibus approbatio Episcopalis iuxta Tridentinum. Practicari igitur potest privilegium, si casus occurrat. Ita ille. Vnde me citato Machadus, *tom. 2. lib. 1. p. 3. tr. 3. docum. 2. n. 2.* sic ait: *Però queda dudose, y conuenso entre los Doctores, si esta facultad ha gozen generalmente todos los Religiosos expuestos à confessar; o sea necessario que especialmente esten deputados por el Prouincial para este efecto. Graues Autores sienten, que deuen ser los Confessores deputados por su Prouincial para este efecto; y porque la facultad de dispensar en cosa tan grave, no conuenia concederla indistintamente à todos los Religiosos Confessores; sino solamente à aquellos que el Prouincial juzgasse por mas idoneos; y assi afirman se obseruar en la compaña de Iesus. Però no obstante esto, otros defendien lo contrario; juzgando, que por los privilegios referidos basta que el Religioso sea aprobado para confessar segun la forma del Confesio; sin que necessite de que tambien sea expuesto por su Prouincial para este efecto.* Hæc Machadus. Verum ad tollendas omnes difficultates optimum esset si Superiores locales in singulis domibus designarent hos Confessarios ad dispensandum, itante id quod asserit Martinus de San Ioseph *loco citato*.

2. Nota verò hic obiter, quod Bordonus *vbi supra*, optimè obseruat id quod ego * alibi docui, nepe, quod Coniugati ferè omnes etiam docti, ignorant hoc impedimentum, raro enim potest occurrere casus, cum non peccent petendo debitum immoderanter, nec opus est, eos edocere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus speratur fructus, immo Confessarius melius taceat, quam admoneat illos, in stante communi ignorantia Laicorum. Et ita etiam docet Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. 2. de Matr. vbi sic asserit: Quando el caso conoçe Parienta de su muger, y sabe, que es pecado Incesto, y que el Derecho lo tiene prohibido, pero ignora la pena, que esta puesta por el mismo Derecho, de que no pueda pedir el debito. Es sentencia bien probable, que incurra la pena, porque la ignorancia della no escusa de la colpa, porque se incurra la pena. Però me parece mas probable la sentencia contraria, de que no queda prinado. Ita ille.*

R E S O L. CCLXXXIII.

An Prelati Regulares possint commutare, & dispensare vota Nouitiorum?

Et an prædicti Prelati Regulares, & Abbates possint irritare vota Nouitiorum, & Nouitiorum, tantum commutare, & dispensare? Ex p. 3. tract. Resol. 71.

§. 1. NEGatiuam sententiam tenet Azorius *in lib. 11. c. 19. q. 21.* Suar. de *Rel. to. 2. l. 6. de voto, c. 11. n. 9.* Sayr. in *clani Regia l. 6. c. 11. n. 92.* & alij, quia Prælati Religionis non habet simpliciter iurisdictionem Episcopalem in Nouitium; ergo, &c.

2. Sed tu tene affirmatiuam sententiam, quia licet Prælati non habeat potestatem dominatiuam in Nouitium, habet tamen in illum potestatem Ecclesiasticam & ita hanc sententiam tenet Henricq. *lib. 7. de indult. c. 22. n. 7.* Lessl. *l. 2. c. 40. dub. 13. n. 80.* Sanc. in *sem. 20. l. 4. c. 39. n. 17.* Faustus in *thes. Relig. lib. 3. q. 27.* Miranda in *manuali. Prel. to. 2. q. 32. art. vlt.* Bartholomæus de Vecchis in *praxi nouit. disp. 10. dub. 6. n. 2.* Tamburinus de *iure Abb. tom. 2. disp. 18. q. 3. n. 2.* Portel in *dub. Reg. verb. dispensare, num. 13.* vbi sic ait. *Vota Nouitiorum*